



Universitätsbibliothek Paderborn

**Johannis Strauchi[i] Jcti Amoenitatum Juris Canonici
Semestria duo**

Johannis Strauchi[i] Jcti Amoenitatum Juris Canonici Semestre alterum -
Cum Indicibus

Strauch, Johann

Jenae, 1674

Cap. IX. Ad cap. III. de major. & obed.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10241

CAP. IX.

Ad cap. III. de major. & obed.

S U M M A R I A.

1. *Inscriptio suppletur.*
2. *Hypothesis hujus Capituli.*
3. *Glossa & Doctores notantur.*

Ieo Papa auctor hujus decretalis ad quem scripscerit, non ad- *Inscriptio*
dunt vulgaria exemplaria. Addendum itaque: *Anastasio suppletur.*
Episcopo Thessalonicensi. Est decretalis ista apud Leonem,
numero LIV. editionis Ascensionæ. In aliis editionibus
epistola 84. Hypothesis hujus decretalis fuerat: *Anastasius Epi-* *Hypothesis*
scopus Thessalonicensis citaverat Atticum veteris Epri Nico- *hujus capi-*
politanum Antifititem ob negligentiam in officio commissam, tuli-
qui cum venire tardaret, à *Præfecto Prætorio Illyrici impetravit*
Anastasius, ut cum missis executoribus ficeret exhiberi, quem
tamen hiemis asperitas & ægritudo excusabant, & exspectare
censuram Pontificis Anastasius debuisset. *Anastasius reticens*
exsecutionem istam in Atticum factam, tantum pro se allega-
bat, quod Atticus scripto se obligasset ad obedientiam: Sed Leo
& in hoc arguebat Attico injuriam factam, quod cum obedien-
tiam ipso facto exhibuisset, literas tamen obligatorias insuper
coactus fuerit dare. *Divinatio ergo Glossa & Doctorum est, Glossa &*
putantium de clero agi, qui administrationem non habeat & Dd. notan-
quod non debeat exigere scripta obedientiæ obligatio. *Omnitur.*
non enim Atticum in sua diœcesi administrationem habuisse opor-
ter. Hoc ergo duntaxat Leo reprehendebat, non quod scri-
ptam obedientiæ obligationem exigisset, sed quod Anasta-
sius aliquam obedientiam ab eo exigere planè non
debuisset, qui ipso facto obediens
fuerit.

K 3

CAP.